



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ansbertvs Episc. 9. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

LONIAM excussi dentes, & fracta
 mala loquuntur; ad majora tormenta
 provocate, nihil humile tam alta spon-
 dent principia. Ecce rogos ingens suc-
 cenditur, crepant flammæ, fuit popu-
 lus, minantur lictores aut Christum ab-
 jice, aut in ignem abjiciere APOLLO-
 NIA. Quid hic illa paululum apud ani-
 mum suum, quasi consultans, subsistit;
 mox bulliente jam sanctiore sub præ-
 cordiis igne, non morata torrores, gene-
 roso ausu ipsa involat in flamas, è flam-
 mis ad cælum evolat. I. nunc Scævola
 fortissime Romuli nepotum: Manus
 tuæ miraculum rogos hujus virginis
 extinxit. *Ex Surio.*

S. ANSBERTVS EPISC.

9. Februarii.

NON vidit splendidior gemmam
 Clotarii regia, quam ANSBER-
 TVM adolescentem Superis juxta &
 hominibus charum. Et verò invidit jam
 tum Clotario Ephebū Deus, & in suam
 traducere aulam laboravit. Sed & huic
 pulchrius regiâ cælum arridebat. Quare
 sponsam, quam habebat nobilissimam,
 lubens volens, cum ita ipsa etiam vel-
 let, Christo cessit; ipse, rarissimo mira-
 culo, monachus in aulâ vixit, & his
 ipsis, quibus perire alios videas, ad me-
 liora sanctè abusus est. Certè cum can-
 tus regiam perstreperent, interque mo-
 dulos

dulos dulces dulciores iudicent fides,
 ab his animum ANSBERTVS aduer-
 tisse ad cælestem musicam perhibetur
 haud paulò meliorem. Itaque aliis levi
 pede terram obeuntibus, ipse calos
 rectius obibat. Illud credo dices. ergo
 pietas etiam aulã habitat? Rectè. quod
 tamen minùs secura hanc habitat,
 ANSBERTVS deinceps habitare cœ-
 nobium instituit, Abbasque, mox Epif-
 copus Rothomagensis, potius inter
 mendicabula degere. In eum finem Xe-
 nodochia complura ædificavit, mensam
 ipse stravit, convivis suis conviva asse-
 dit, eodem & disco, & cibo usus. Iam
 ne dubites virtuti hostem aulam esse,
 à Pipino in exilium est pulsus, & maluit
 ille revocatus morte patriam prævenire.
 In defuncti brachio Crux visa est ru-
 bere, ipse etiam, cum velum injicere-
 tur, oculos aperuisse, ut jam orbis vi-
 vum virtutis exemplar etiam in mor-
 tuo haberet. *Sur. & Mol.*

S. GVILIELMVS CONF.

10. Februarii.

INGentia scelera GVILIELMVS pari
 Ipœnitentiã plectere instituit. Conju-
 gio fraternæ conjugis Herodi nō impar
 cœnabat unus, quod ostionis in cibum
 sufficiebat. Ad duella nō invitabat sed
 cogebat obvios, neque jam Ducem se
 Aquitanie putabat, nisi factionis quoq;
 que